

- 3 Darius rex unus ex septem Persis hinnitu equi
regnum adsecutus cum CCLXX milibus <militum in>
Europam transivit. victus ab Atheniensibus ducente
Miltiade apud [pseudo] Marathona recessit.
- 4 Xerses Darii filius, cum decessisset pater eius,
6 aliquantis navibus armatis [militibus] in Europam
transivit contabulato Hellesponto et forato Atho monte,
nec quicquam aliud egit quam ut Athenas incenderet.
mari victus a Lacedaemoniis et Atheniensibus in
10 Asiam rediit ibique suorum fraude interfectus est.

14. Duces et reges Lacedaemoniorum

- 1 Eurysthenes et Procles gemini qui genus ab
Heraclidis deducentes primi Spartae [regna] regna-
verunt.
- 2 Lycurgus legum lator quibus Lacedaemonii prin-
16 cipes Graeciae per annos septin<gentos>innisi fuerunt.
- 3 Theopompus et Polydorus reges qui Messe-
nium bellum XX annis gesserunt.